

Cur neque militaris

Inter aequales equites; Gallica nec lupatis  
Temperet ora franis?

Cur timet flavum Tiberim tægere? cur olivum  
Sanguine viperino

Cautius vitæ neque jam livida gestat armis  
Brachia, sæpe disco,

Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito?

Militaris, &c. Militum in  
morem; ut hominem milita-  
rem deceat.

Aequales. Eiusdem ætatis  
adolescentes.

Gallica, &c. Nec equorum  
Gallicorum (erant illi præ-  
stantissimi) ora habenis fle-  
stat, ac regat.

Lupatis. Lupatum, vel lu-  
patum est frænum asperimū;  
ab lupinorum dentium simi-  
litudine dictum, qui acuti  
sunt, & inequales.

Tyberim tangere. Erat cam-  
pus Marcius propè Tiberim:  
abluebant autem se in Tibe-  
ri, ad abstergendum sudorem,  
post illas exercitationes col-  
lectum.

Olivum. Luctaturi nuda  
corpora oleo tingebant, vel  
unguento quodam ex oleo, &  
cera facto, quod ceroma vo-  
cabatur; ut essent robustio-  
res, ac idiores, & minus ido-  
nei captantibus.

Livida, &c. Livor est color

pallidum inter, & sanguineū,  
lensus est: cur non gestat ar-  
ma, quorum pondere brachia  
essent illi trita, & livida? pos-  
set enim ea commodè gesta-  
re, qui tam sæpe jaculum, aut  
discum expedit, id est, præ-  
iecit, trans finem, hoc est, ul-  
tra metam, nobilis, id est,  
spectandus ob eam rem, cum  
magna roboris, & industrie  
laude. Possunt etiam isti ver-  
sus ita exponi: cur non gestat  
ampliùs, sive moyet, agitatur;  
brachia livida armis? Discum,  
& jaculum intelligit, quæ lu-  
dentium arma sunt. Livida  
autè vocat, id est, Solibus per-  
usta, & subnigra, sudore dis-  
fluentia, &c. nudabant enim  
brachia in eiusmodi ludis.  
Cur non est nobilis disco, &  
jaculo trans finem expedito?  
hoc est, cur palmam, & laudè  
inter æquales non refert, vi-  
brando discum, & jaculum ul-  
tra terminum?

Disco. Discus erat circulus,  
qui

Quid lateat, ut marine

Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Troja

Funera, ne virilis

Cultus in cadem, & Lycias proriperet ceteras.

quidam solidus è plumbo,  
ære, ferro; quem, ope lori cir-  
cumvoluti, ad certum termi-  
num vibrabant.

Quid lateat, &c. Cur abdi-  
tus domi sedet, ut Achilles,  
qui sub, id est, paulò ante bel-  
lum Trojanum, quo Troja  
excisa est, & extincta, delituit  
muliebri veste occultatus  
(nempe in aula Lycomedis  
Regis insulæ Scyri) ne virilis  
vestis eum proderet, atque ita  
protraheretur ad bellum Tro-  
janum, ubi cum Lyciis cohori-  
tibus dimicaret; eum abdidit  
Mater Thetis, maris Dea,

cum in fatis esse cognovisset,  
periturum, si Trojam peteret.  
Ovid. 13. Met. Detexit autem  
Achillè Vlysses in hunc mo-  
dum: venit in aulam Lycome-  
dis, habitum, osque mercato-  
ris gerens; & inter tæneas, ar-  
millas, & alias id genus mer-  
ces puellis idoneas, ensè, & ar-  
ma miscuit, quæ Achilles cum  
avidè arripisset, agnitus est.

Lycias. Lycia est regio Asiæ  
minoris; cujus populi opem  
tulere Trojanis contra Achil-  
lem, & Græcos. Lyciorum du-  
ces erant Sarpedon, & Glau-  
cus, ab Homero celebrati.

Nicolo ODE VIII.

Hycem esse: indulgendum genio.

5. ped. V Ides sunt alta steter nive candidum = Iam hæc  
Soraete; nec jam sustingant onus = I. carageticæ  
A ped = = Sylva, laborantes; geluque, Dumtax Jambicu  
A ped = = Flumina, confiserint acuto, Hypercatalectæ  
Stet, &c. Totum sit candi-  
dum multa nive, vel totum sit  
opertū nive, & quasi rigescat.  
Soraete. Mons est non pro-  
cul Roma; cujus in spelunca  
diù latuisse dicitur S. Sylvester  
Pont. Max. à quo Constantinus  
M. sacro fonte tinctus esse di-

Tetrastichos  
Alcaica  
Dactylicæ  
Iambicæ  
Carageticæ  
Iambicæ  
Hypercatalectæ  
citur: unde nunc mons S. Sy-  
vestri vocatur. Idem mons  
Onus, &c. Nivis; pruina:  
ut arborum rami præ nive  
deprimantur, ac frangan-  
tur. sup. I. carageticæ  
I. Confiserine. Immota sicut  
gelu constricta non fluant.

Dis-



Dissolve frigus, ligna super foco. *total hinc*  
Large reponens; atque benignus *in multis*

Deprome quadrimum Sabina;  
Permitte Divis catera; qui simul  
Stravere ventos aquore fervido  
Depralianes; nec cupressis;  
Nec veteres agitantur orni.

*Dactylicus*  
*quibus? Sac*  
*filii et 2. 3. 4.*  
*cheis. vel*  
*choris.*

Quid sit factum eras; fuge quare; &  
Quem fors dierum cumque dabit; lucro  
Appone: nec dulces Camœnas  
Sperne puer; neque tu choreas;  
Donc virenti canities abest  
Morosa; nunc & campus; & area;

Dissolve. Mitiga; frigus, quod  
quasi contractum; & contri-  
ctum est, solve igne multo; &  
laxa: calor laxat omnia; fri-  
gus astringit.

Benignus. Largius, libera-  
lius. Large apponi ligna jubet;  
largius vina; facete pro suo  
more.

Quadrimum. Quatuor an-  
nos natum; a 4 annis conditum.

Sabina. Vasa fictilia maxime  
fiebant apud Sabinos in Italia.

O Thaliarche. Quis ille Tha-  
liarchus fuerit; & quare ami-  
cus Horatii, obscurum est.

Diach. Vox Græca est; signifi-  
cat vas duabus ansis, quasi dua-  
bus quibus, instructum.

Permitte, &c. Relinque alia  
negotia Superum curæ: tu id  
uanni cura, quomodo beatus;

*id*

Lenesque sub noctem susurris;  
Composita repetantur hora.

Susurri. Intellige confabula-  
tiones vespertinas cum amicis.  
Composita. Præfinita, condi-

ta; & constituta.  
Repetantur. Iucentur, fre-  
quententur.

*Diolo.*

O DE IX.  
Laudes Mercurii.

*Distichos*

Mercuri, facunde nepos Atlantis;  
Qui feros cultus hominum recentum  
Voce formasti carus; & decora  
More palastra.

*Saphic.*  
*idem*  
*Adonius.*

Te canam magni Jovis; & Deorum  
Nuntium, curvæque lyra parentem,  
Callidum quicquid placuit jocosum  
Condere furto.

Te, boves olim nisi reddidisses

Mercuri. Erat Mercurius fi-  
lius Jovis, & Matæ Atlantis fi-  
liæ; eloquentiæ, commercii,  
& furum præses.

curtu, luctatione, &c. vel do-  
cus ejusmodi exercitationi  
additus.

Cultus. Mores barbaros ho-  
minum recens natorum, in  
mundi primordiis.

Curvæque, &c. Quia lyram  
primo confecit Mercurius ex  
incurvo testudinis reigo, &  
testa.

Voce. Eloquentiæ arte, qua  
est ars vocis, & sermonis.

Parentem. Auctorem, in-  
ventorem.

Carus. Ingeniosus; vaser,  
cautus.

Callidum condere. Græca  
locutio: qui callidus est ad ab-  
condendum quicquid libuit  
furari per jocum.

More palastra. Inducendo  
consuetudinem palastræ, qua  
fingit corpora ad motus deco-  
ros, & habiles. Itaque animos  
eloquentiæ, corpora palastræ  
formasti.

Jocosum. Non quia indiges re-  
bus, quas furaris; sed quia sic  
ingenium, & calliditatem os-  
tendis.

Palastra. Est palastra exer-  
citiatio qualibet corporis, in

Te, &c. Apollo, eum olim  
re puerum asperioribus ver-  
bis



Per dolum amotas, puerum minaci  
Voce dum terret, viduus pharetrâ

Risit Apollo.

Quin & Atridas, duce te, superbos  
Ilio dives Priamus relicto,  
Theffalosque ignes, & iniqua Troja  
Castra fefellit.

Tu pijs latis animas reponis  
Sedibus, virgâque levem coërces

bis terrere conaretur, imi-  
tans aliquid mali, nisi sibi red-  
deres vaccas quas ipsi furto  
abdideras, non potuit risum  
continere, cum se quoque vi-  
dit exutum sagittis, & phare-  
trâ suâ, quam ipsi clam surri-  
pueras.

Boves. Apollo iratum Jovē  
fugiens in terras venit, ubi  
cum premeretur inopiâ, cogi-  
tus est boves Admeti Regis  
Theffaliæ mercede pascere.

Atridas. Menelium, & A-  
gamemnonem, Atrci filios;  
qui, si vidissent Priamum sub-  
cunctem Græcorum castra, gra-  
vius aliquid in eum forte ita-  
fuissent.

Duce te, &c. Priamus, ut  
Hectoris filii sui, ab Achille  
cæsi, corpus pretio redimeret,  
duce Mercurio, qui eum obs-  
curâ nebulâ sepelit, profectus  
est in Græcorum castra, &  
per medias excubias ad Achil-  
lis tentorium penetrans, cum

precibus inflexit, eodemque  
duce quo venerat, Trojam in-  
columis se recepit: Vide Ho-  
merum lib. Iliad. ult.

Ilio Trojâ.

Dives. Curram auro & mu-  
neribus onustum agens.

Theffalos. &c. Græcos excu-  
bitores. Solent vigiles ubi ex-  
cubant ignem excitare. Est  
Theffalia regio Græciæ.

Iniqua. Inimica.

Fefellit. Latuit; à nemine  
vilus, detectusque, penetravit.  
Græco more, fallere, lumitur  
pro ignorari.

Pias. Animas piorum cor-  
pore solutas, morte obita.

Latis, &c. In Elysiis cam-  
pis collocas; huc eas deducis.

Virgâ. Caduceo: est bacillus  
quidam, medius inter duos  
angues hinc inde implexos, &  
sibi obversos; insigne est pa-  
cis. Ajunt, Mercuriû, cum iter  
faceret, incidisse in duos an-  
gues inter se pugnantes humi;

aid

sum

Aurâ turbam, Superis Deorum  
Gratus, & imis.

eum virgam, quam gestabat  
manu mediam inter illos po-  
suisse; statimque serpentes à  
pugna detulisse. Hec origo  
Caducei: nisi malis ad veram  
Moylis virgam illam porten-  
torum artificem referre: con-  
stat enim Ethnicos multa è sa-

eris libris imitando duxisse.  
Levem. Animas corporis  
mole exutas.  
Coërces. Cogis, & compellis  
in eundem quasi gregem; ut  
oves pastor pedo congregat.  
Superis, &c. Superis, ut Jo-  
vi, iunioribus, ut Plutoni, &c.

O D E X. Monocolo

Leuconben, curiosam mulierem, admonet, ut, omisâ inani  
futurorum curâ, presentibus bonis fruatur.

5. ped. *des vox. ss. coriambis pentameter. Alcaici.*  
TU ne quasi seris, (scire nefas) quæ mihi, quæ tibi  
Finem Dii dederint, Leucones, nec Babylonios

Tu ne quasi seris, &c. Cave ne  
curiose inquiras. odia  
Tentaris numeros, ut melius, quicquid erit, patiaris  
computationibus, quibus astro-  
rum cursus, & motus nume-  
ratis, &c.

Scire nefas. Legenda sunt  
hæ duæ voces intra parenthe-  
sim: hoc enim, inquit, nefas  
est scire, sciri nequit.

Finem. Vitæ metam.

Babylonios numeros. Noli  
adhibere numeros, & calcu-  
los, quibus utuntur Babylonii  
mathematici, ad astroium  
cursus metiendos, & suas divi-  
nationes peragendas. Chaldei,  
seu Babylonii, erant astrolo-  
giæ peritissimi, & divinandi  
scientiam profitebantur. Por-  
ro scientia illa divinandi ma-  
ximè continetur numeris, sive

Ut melius, &c. Ut melius  
patiaris, quidquid eveniet.  
Græca est locutio: particula  
enim non una ex his, quæ sig-  
nificant, ut, apud Græcos, jur-  
gitur cum infinitivo. Alii ac-  
cessunt è versu sexto vocem,  
sapias, & sic explicant; ut me-  
lius sapias pati, &c. id est, ut  
sapientiùs patiaris. Quidam  
sic explicant eas voces: ut me-  
lius pati, id est, quidquidem  
est melius, & consultius pati  
quidquid erit, id est, ferre ani-  
mo æquo quidquid eveniat.

1. Spondeo. *trij coriambis: et Pyrichio* Hye.



Seu plures hyemes, seu tribuit Jupiter ultimam,

Qua nunc oppositis debilitat pumicibus mare

Tyrrhenum. Sapias; vina liques; & spatio brevi

Spē longā recesses: dum loquimur, fugerit invida

Ætas; carpe diem, quā minimam credula postero.

Hyemes, &c. Plures annos ad vivendum dederit. De hyeme porro tunc se viante pluribus dislerit Horatius, quod, cum esset forte asperior, ab ea sibi Leuconē magis timeret, quæ vivendi desiderio tenebatur, & astrologos de suæ vitæ diuturnitate consuluerat.

Qua nunc, &c. Per pumices intellige scopulos marinis fluctibus exesos, instar pumicis, & excavatos. Sententia est: quæ hyemas frangit fluctus maris Tyrreni, qui alliduntur, & concidunt ad oppositos scopulos. Porro Italia porrigitur intra duo maria, Tyrrenum, & Adriaticum. Tyrrenum est illud, quod Galliam, & Hispaniam respicit: vocatur etiam mare inferum: Adriaticus verò sinus illi oppositus, mare superum.

Sapias. Sapiēter utere presententi horā.

Liques. Percōles. Percollare vinas, est ea per colum, hoc est,

sacculum, seu tenue linum, transmittere, ut quidquid est crassius seceratur: ita fiebat vina leniora, & delicatiora.

Et spatio, &c. Cogitatione tam brevis spatii ad vivendum nobis concessi, amputa spem longioris vitæ, & felicitatis: vel, in tam brevi spatio vitæ, noli sperare diuturnam esse posse voluptatū usuram, cum vita brevis adeo sit.

Dum loquimur, &c. Dum hæc tecum loquor: dum hæc ad te scribo, ætas, & tempus invidens nostræ felicitati jam effugerit; vitæ pars aliqua transiit, mors propior est facta.

Carpe. Hoc die, ejusque voluptatibus, nullā interpositā morā, fructus; parūm fidens diei crastine, quæ incerta. Metaphora ducitur à floribus, aut fructibus, qui non om-

nes simul, sed paulatim singuli leguntur.

ODE

Diolo

O. D. E. XI.

Diolo

Priscos Herōas, maximè Romanos, laudat, quibus Cæsarem Augustum anteposit.

Quem virum, aut herōam, lyrā, vel acri,

Tibiā sumēs celebrare Clio?

Quem Deum? tuus recinet ipso

Nomen imago,

Aut in umbrosis Heliconis oris,

Aut super Pindo, gelidove in Harmo:

Unde vocalem temerè insecuta

Orphea silva,

Arte materna rapidos morantem

Finimum lapsus, celereque ventos,

Blandum, & auritas fœlibus canoris

Ducere querens.

Quid prius dicam soli, is parentis,

Quem virum, &c. Ordo est:

O Clio, quem virum, quem

herōam, quem Deum, tibi celebra-

brandum sumēs lyrā, vel tibi-

biā &c. Clio est una è Musis.

Art. Cujus fontis est acutior.

Recinet. Canendo iterabit.

Jocosa imago. Echo, quæ imago

quædam vocis est, eā red-

deret, & emissam repræsētans,

quasi ludendo, & garriendo

cum eo qui loquitur.

Heliconis. Helicon est mōs

Bœotia in Græcia, Musis se-

ceratur Pindus, & Hæmus, ille

in Thessalia, hic in Thracia.

Unde vocalem &c. Quò ex

Hæmo voce suavissima ca-

nentem Orpheum sylvæ cer-

Saphicū  
constat ex  
Chor. Spond.  
Dactylis et  
2. Chori

est,



Laudibus? qui res hominum, ac Deorum,  
Qui mare, & terras, variisque mundum  
audiat Temperat horis?

Unde nil majus generatur ipso,  
Nec viget quicquam simile, aut secundum:  
Proximos illi tamen occupavit

Pallas honores.  
Præliis audax neque te silebo,  
Liber, & sævis inimica virgo  
Belluis; nec te, metuenas, certâ,  
Phæbe, sagittâ.

Dicam, & Alciden, puerosque Leda,

est, notis, & pervagatis.

Temperat. Moderatur.

Horis. Horæ sæpè significât  
quatuor anni tempestatas: unde  
Homerus appellat horam  
veris, pro vere, &c. Possunt etiâ  
hic intelligi horæ diurnæ,  
& nocturnæ, quæ quasi mundum  
dividunt, ac temperant.

Unde. Ex quo Jove: nullus  
ipsius liberorum est patri æ-  
qualis. Vel, unde, id est, quare,  
itaque, hoc sensu: quia rerum  
est summus opifex, & moder-  
ator, ideo nihil est ipsi simile,  
aut par.

Viget. Existit, vivit.

Secundum. Prope par.

Occupavit, &c. Etsi omnia  
infinito propè intervallo di-  
stent à Jove, tamen post illum  
proximè, & maxime laudatur  
Pallas. Legunt aliqui, occupa-  
bit, id est, in hac ode mea, ob-

tinebit locum à Jove proxi-  
mum, & honorem; post Jo-  
vem prima laudabitur.

Præliis, &c. Ordo est: nec ve-  
rò te silebo, ò Liber, id est,  
Bacche, qui es in præliis au-  
dax. Bacchus Liber appella-  
tur, quia vinum libertatem  
magnam affert dicendi quid-  
libet, ac faciendi. Celebratur  
apud Poëtas Bacchi contra Gi-  
gantes pugnantis audacia, &  
fortitudo.

Virgo. Diana, quæ venatio-  
ne ferarum delectatur.

Certâ. Quæ semper scopum  
ferit.

Alciden, Herculem: sic ap-  
pellatur à voce Græca, quæ  
robur significat; vel, ab Alceo  
ejus avo.

Pueros Leda. Castorem, &  
Pollucem, Ledæ Tyndari ux-  
oris filios; ita tamen, ut Castor  
pæ-

Hunc equis, illum superare pugnis  
Nobilem: quorum simul alba navis  
Stella refulsit,

Defluit saxis agitata humor;  
Concidunt venti, fugiunt que nubes;  
Et minax (quod sic voluere) ponto  
Unda recumbit.

Romulum post hos prius, an quietum  
Pompili regnum memorem, an superbos  
Tarquini fasces, dubito, an Catonis

patrem Tyndarum, Pollux Jo-  
vem haberet. Hic, nempe Cas-  
tor, nobilis fuit superare, id  
est, celebris fuit, quia supera-  
bat omnes equestri, & curuli  
certamine: ille verò, nempe  
ejus frater Pollux, cæstu, & pu-  
gnis: crudos enim pugnos ad  
luctam adhibebant Græci pu-  
giles.

Quorum, &c. Castor, & Pol-  
lux inter alia relati à Jove  
fuerunt, & nunc Gemini dicun-  
tur ab Astrologis, estque illud  
signum è duodecim Zodiaci  
signis tertium. Nautis favere,  
& præesse mari putabantur,  
ad eoque apparere sub figura  
stellarum duarum, seu potius  
erraticorum ignium; qui è  
marinis vaporibus concreti,  
apparent aliquando navigan-  
tibus; & serenitatem porten-  
dere creduntur.

Simul. Simul atque.  
Alba. Serenitatis index: prof-  
pera, & felix

Defluit, &c. Aqua, vi tempe-  
statis agitata, & icopulis inje-  
cta, ex illis defluit.  
Minax. Inimicentis, ac tem-  
pestatem; naufragiumque ve-  
luti minitâs unda residet, ster-  
nitur, ac in mare recidit.  
Pompili. Numa Pompilius  
Rex secundus Romanorum fuit,  
pacis, & religionis amans.  
Tarquini. Duo fuerunt Tar-  
quini; Reges Romani, alter  
Priscus, sive senior dictus; alter  
superbus, & Regum Rom. ul-  
timus; homo nequam, & cru-  
delis, quem proinde Horatius  
hic laudatum nolit. De Prisco  
igitur sermo est; qui cum Re-  
ges Etruscorum vicisset, ab iis  
sumpsit Regiæ dignitatis in-  
signia, trabeam, fasces, & Ro-  
manis Regibus utenda dedit.  
Superbos vocat fasces; quia  
Regiæ potentiz, ac majestatis  
insignia sunt.

Defluit, &c. Aqua, vi tempe-  
statis agitata, & icopulis inje-  
cta, ex illis defluit.

Minax. Inimicentis, ac tem-  
pestatem; naufragiumque ve-  
luti minitâs unda residet, ster-  
nitur, ac in mare recidit.

Pompili. Numa Pompilius  
Rex secundus Romanorum fuit,  
pacis, & religionis amans.

Tarquini. Duo fuerunt Tar-  
quini; Reges Romani, alter  
Priscus, sive senior dictus; alter  
superbus, & Regum Rom. ul-  
timus; homo nequam, & cru-  
delis, quem proinde Horatius  
hic laudatum nolit. De Prisco  
igitur sermo est; qui cum Re-  
ges Etruscorum vicisset, ab iis  
sumpsit Regiæ dignitatis in-  
signia, trabeam, fasces, & Ro-  
manis Regibus utenda dedit.  
Superbos vocat fasces; quia  
Regiæ potentiz, ac majestatis  
insignia sunt.

Fasces. Sunt collecti in fasti-  
gium



Nobile lectum.

Regulum, & Scauros, animeque magna  
Prodigum Paulum, superante Pæno,  
Gratus insigni referam Camenâ,  
Fabriciumque:

Hunc, & incomptis Curium capillis  
Utilem bello tulit, & Camillum

ciculum bacilli, in quibus mediis erat securis. Romanis Regibus, ac postea Cōsulibus, Prætoribusque præferabantur à lictore: significabant potestatem animadvertendi in reos, vel pœnâ leviori, quam notabant virgæ, seu bacilli teretes, & minuti; vel graviori, quam securis indicabat.

Caionem Viticensem intelligit, M. Porcii Caionis nepotem, ita dictam ab Vitica, urbe Africae, ubi manus ipse sibi violentas attulit, ne veniret in manus Cæsaris, postquam audivit Pompejanos ab eo profligatos.

Regulum. Dux fuit Romanorum, qui captus ab Carthaginiensibus, & Romam de captivis permutatis missus, suavitè ne ad fieret, ipseque, ut promiserat, rediit ad Pœnos, qui eum rescitis palpebris, diuturnâ vigiliâ occaverunt.

Scauros. Illustres illi fuerunt ob magna in Rempubli-  
cam merita.

Paulum. Æmilius Paulus, Conf. Rom. ad Cannas cū Hannibale pugnavit: profligato collega suo Varrone, & Romanorū millibus ferè 50. ipse fortiter perire cū illis maluit, quam fugâ vitam servare.

Pæno. Hannibale victore.

Gratus. Memor illorū virtutis, aut etiam Romanis nō injucundus, qui me libenter audient de illis heroib. dicentē.

Fabriciumque. Ille ter Consul fuit; insigni frugalitate, & abstinentiâ, bella gravia cum Pyrrho gessit.

Hunc. Fabricium.

Incomptis. Neglectis, & impensis, ut viros militares decet.

Curium. Vnus è prisca Romanis fuit, insigni abstinentiâ, & frugalitate: aurum a Samnitibus oblatum repudiavit, cū diceret, malle se divitiis imperare, quam divitem esse.

Camillum. Is Gallos, incensâ Româ Capitolium obsidentes, fugavit; eosdem Romam redeuntes magnâ strage ad fluvium

Sava paupertas, & avitus apro  
Cum Lare fundus.

Crescit occulto, velut arbor, avo  
Fama Marcelli: micat inter omnes  
Julium sidus velut inter ignes  
Luna minores.

Gentis humana pater, atque custos,

vium Anienem cecidit; quintus Dictator fuit.

Sava. Aspera, fortis, & laboriosa.

Tullii. Protulit, eduxit ad Reip. gloriam; educavit.

Avitus. Ab avis, & majoribus relictus.

Apro. Qui conveniret exiguo fundo, avis frugalibus, & parvis, minime sumptuosâ domo.

Lare. Domo. Lar propriè est Deus domesticus, cultos domus.

Fundus. Prædium, villa.

Avo. Temporis progressu: nemine sentiente crescit arbor.

Marcelli. Nō videtur Horatius Marcellum hunc laudare, qui cum Hannibale pugnavit, Syracusas cepit, &c. ejus enim fama non crescebat sensim instar arboris, creverat sanè, & corroborata erat verustate: neque dici potest crevisse in ejus posteris, qui profecto illius Marcelli, quinquies Consulis, torque rebus præclare contra Carthaginienses gestis

inclityi, laudes non æquaverant. Celebrat igitur hoc in loco Marcellum, Octaviæ filium, nepotem, & generū Augusti; qui cū esset admodum adolescens, & omni dote ornatisissimus, sensim, ut arbor, ad veterum Marcellorum gloriam, & famâ surgebat. Obiit ille paucis post Actiacam pugnam annis, vix annum vigesimum ingressus; an. ab V. C. 73 t. Augusti, & Romæ lætæ incredibili.

Julium sidus. Julium Cæsarem significat, sub ejus mortem apparuit in Cælo stella crinita per dies septem, & animâ ejus esse credita est, quæ Cælo recepta foret. Nota gradationem. Incipit laudare Augusti familiam, à Marcello, egregiæ spei Principe: pergit ad Tull. Cæsarem, quem Marcello, ut par est, imò cæteris heroib. superiorib. antepone demum in Augusto ipso desinit, quæ à Jove secundū dicitur. Non poterat Augustus laudari



Q. HORATII HORATII

Orte Saturno, tibi cura magni  
Casaris fatis data: tu, secundo  
Caesare, regnes.

Ille, seu Parthos Latio imminentes  
Egerit iusto domitos triumpho,  
Sive subjectos Orientis oris  
Seras, & Indos;

Te minor laetum reget aquas orbem:  
Tu gravi curru quaties Olympum,  
Tu parum castis inimica nitres

Fulmina lucis.

Splendidus; quod unum hac  
in Ode videtur spectavisse.

Ignes, Stellas.

Pater. Jovem intelligit,  
Saturni filium, &c.

Fatis data. A fatis commissa.  
Fato enim subesse Jovem  
credebant.

Secundo. Secundum a te locum  
obtinente; ita ut tu primus  
orbis moderator sis, ille  
fit subjectus uni tibi, & secun-  
dus, te solo minor, major ceteris  
Regibus, &c.

Latio. Romano Imperio,

Tarcolos O D E XII. *telestopho*

Sub allegoria navis, Remp. alloquitur, & eam a bello  
civili renouando deterrere.

4. pedes. Navis, referent, in mare te, novi. *2. Aclepiadij*  
3. pedes. Fluctus, o quid agis? fortiter occupa!

Navis. Quidam recentiores  
interpretes existimat, Ho-  
ratium alloqui navim eam,  
qua redies e Macedonia nau-  
fragium fecerat ad Palinurum,

cujus prima sedes Roma, in  
Latio. Parthi autem durissima  
cum Romanis bella gessere.  
Vide Indicem Odarum Chrono-  
logicum.

Egerit. Repulerit; vel, in  
triumpho duxerit.

Seras. Seres populi erant  
ubi nunc ferè Sina ponitur;  
apud eos bombyces multi;  
hinc tele Serica.

Quaties. Fulminabis, & ton-  
nabis.

Lucis. Sylvis sacris, quas  
impii profanas fecerunt.

XII. *telestopho*

Italix promontorium, & in qua  
nonnulli e suis amicis reditu-  
ri erant in Græciam ad reli-  
quias pugne Philippensis col-  
ligendas, & civile bellum in-

stat.

ODARVM LIB. IV.

*Phœnecatiis*  
*37*

3. pedes  
3. pedes

Portum: novæ videt, ut  
Nudum, remigio latus, = *Gliconice*  
Et malus celeri faucibus Africo,  
Antennaque gemant, ac sine funibus  
Vix durare carina = *Phœnecatiis* qui  
Possint imperiosius  
Equor? non tibi sum integra lineæ,  
Non Di, quos iterum pressa voces malo,  
Quamvis pontica pinus,  
Sylva filia nobilis, = *Glicon.* qui  
Factes, & genus, & nomen inutile:

*exp. spond. doc  
nlo et spond*

*Met. 2. dactili*

aurandum: sed nihil affe-  
runt, quare videatur discede-  
dum à Quintiliani, & veterum  
pœnè omnium sententia, qui  
censent, navim hæc merè alle-  
goricam esse. Ac sanè si agr-  
retur de vera navi, quis vector  
eam malo, remis, &c. destitu-  
tam voluisset cōscēdere? Non-  
ne meritò augari Horatius  
censeretur, qui tanto verborum  
apparatu persuadere illi con-  
naretur, ut faucibus, & lacera in  
portu se contineret? eam ab  
antiquitate, & nobilitate lau-  
daret, &c? quæ si allegoricè  
accipiantur, nempe pro Ro-  
ma, & republica, plena sunt  
dignitatis, & elegantia.

darum Indic. Chronologicū.  
Portum. Pacem, concordiam;  
Augusti clementiam.

Nudus, &c. Destituti estis mi-  
litibus, ut navis remigibus.

Gemant. Laborent, ac fatiscant,  
venti vim non ferentes.

Durare. Perferre diutius.

Carina. Trabes, e quibus  
ima pars navis conficitur, pro  
ipsis navibus sumuntur.

Imperiosus. Impotentius;  
gravius agitatam, & navim  
pro arbitrio huc illuc tra-  
hens, jactansque.

Quos, &c. Quos Deos op-  
pressa malis invocare possis:  
duces exercituum, & Reipub.  
Principes innuit: qui omnes  
fermè cæsi.

Pontica. Pœtus est Regio Asiæ  
minoris, in qua optime arbo-  
res ad naves cōstruendas nas-  
cebantur. Sensus est: quamvis  
hæc navis optima, & facta est

63

63



*Nil pietis timidus navita puppibus*

*Fidis: tu, nisi ventis*

*Debes ludibrium, carve.*

*Nuper sollicitum, qua mihi tedium,*

*Nunc desiderium, curaque non levis,*

*Interfusa nitentes*

*Vires aquora Cycladas.*

arborib. sylva celeberrima,  
tamen contra repelstatis vim  
nihil ista tua nobilitas valet.

*Nil pietis, &c.* Nihil pietæ  
Deorum itarum, nihil sculptæ,  
& calatæ rerû aliarum imagi-  
nes, quibus tua puppis orna-  
tur, nihil, inquam, securitatis  
hæc inanità ornamenta affe-  
runt timidis nautis. Hoc est,  
Romanos antiquitas, & nobi-  
litas sua nõ potest jam a ser-  
vitate, & Augusti dominatu  
vindicare. Solebant in puppi-  
bus imagines Deorum pingi,  
quorum in tutela navis foret;  
necnon aliæ res quædam, ut  
Tritones, Sirenes, &c.

*Debes ludibrium.* Locatio est  
Græca: nisi velis esse ventis  
ludibrio. Illi debere risum, &  
ludibrium, a Græcis dicuntur,  
qui ridendi, & illudendi sunt.

*Nuper.* Q. Roma, o Resp. qua  
mihi tantum dolorem nuper  
attulisti, cum ego pro tua li-  
bertate pugnare (cõtra Osta-  
vium enim steterat Horatius,  
& Pompejanas partes ample-

xus fuerat) at nunc quam esse  
quieta velim, & sub Augusto  
pacatâ desiderio, curoq; nõ le-  
viter, fuge, queso, arma, & ci-  
viles mortus, ut scopulos maris  
& Cycladas, nautæ fugiunt.

*Tedium.* Quasi ipsum tædium  
fecit, ac porro nunc pœniteret  
arma tulisse contra Augustû.

*Interfusa, &c.* Equora fusa,  
& currentia inter nitentes Cy-  
cladas. Cyclades insulæ sunt  
Maris Ægæi, sic dictæ, quia in  
orbem, & circulum videntur  
esse dispositæ: sunt autem sco-  
pulis plenæ, ad quos allisi flu-  
ctus edunt spumam albican-  
tem: hinc nitentes dicuntur.  
Rectè autem de Cycladibus,  
& Ægæo meminit; non solum  
quia pars ista maris est admo-  
dum periculosa, propter sco-  
pulos, & frequentes insulas;  
verum etiam quia Græciæ ad-  
jacet, ubi prima belli  
civilis alea quasi  
jacta fuerat.

Dicolos

ODE XIII.

Nerei vaticinium de Trojæ excidio.

**P**astor cum traheret per freta navibus

Idæis Helenam perfidus hospitam,

Ingrato celeres obruit otio

Ventos, ut caneret fera

Nereus fata. Malâ ducis avi domum,

Quam multo repetet Gracia milite,

Conjurata tuas rumpere nuptias,

Et regium Priami verus.

Eheu, quantus equis, quantus adest viris

Sudor! quanta movent funera Dardana

*Pastor.* Paris: ita vocatur  
hic ab Horatio, quia Priamus  
cum in sylvis exponi jussisset,  
cum admonitus fuisset, ipsum  
aliquando patriæ exitialem  
fore: tamen Hecuba ejus ma-  
ter illum clam inter pastores  
educari, & servari jussit; jam  
grâdior à patre agnitus, & ac-  
ceptus, in Græciam missus est,  
ut Heliõnem, Sororem suam,  
à Menelao repeteret.

*Traheret.* Trojam abduceret.

*Idæis.* Fabricatis in Ida, mon-  
te propè Trojam.

*Helenam.* Jovis, seu Tyndari,  
& Ledæ filia fuit, Menelai  
Græcorum Regis uxor, à Pari-  
de rapta, & Trojam abducta.

*Perfidus.* Quia cum fuisset  
Paris exceptus amicè à Mene-  
lao, uxorem illi suam blandi-  
piis deceptam abstulit.

*Ingrato otio.* Id est, otio mo-  
lesto, vel Paridi festinanti, vel  
ipsis ventis, qui gaudent per-  
petuo motu.

*Obruit otio.* Silere in viros  
jussit, & quietcere.

*Fera.* Lutuosa, feralia.

*Nereus.* Deus maris præses,  
Oceani, & Tethios filius, Do-  
ridis maritus, pater Nympha-  
rum maris, quæ ab eo Nerei-  
des vocantur.

*Malâ, &c.* O Paris, ducis tuâ  
domum Helenam malis avi-  
bus; id est, infaustis auspiciis.  
Sumebantur enim auspicia ex  
avium cantu, volatu, &c. vide  
Oden 6.

*Conjurata, &c.* Solemni Sa-  
cramento se obligatura ad He-  
lenam à te divellendam, & e-  
vertendam Trojam (ubi Pria-  
mus jamdiu regnat) nisi can-  
gedds. Adest,



Genti! Jam galeam Pallas, & Aegida,  
Currusque, & rabiem parat.

Nequicquam Veneris praesidio ferox,  
Pectus casariam, grataque faminis  
Imbelli cithara carmina divides:

Nequicquam thalamo graves  
Hastas, & calami spicula Gnosii  
Vitabis, strepitumque, & c. Ierem sequi  
Ajacem: nam tenet, heu! serus adulteros  
Crines pulvere collines.

*Adest, &c.* Instat, imminet: id est, quantum laboris subeundum brevi erit?

*Movet.* Praeparas, machinaris.

*Dardane.* Trojanæ. Dardanus, Jovis, & Electrae filius ab Italia ubi fratrem interfecerat, in Phrygiam veniens, Trojam cepit condere.

*Pallas.* Minerva eadem, & scientiarum, & belli praeses. Graecis praecipue favebat, ut Venus Trojanis.

*Aegida.* Legis erat scutum, caprinis pellibus lectum, cuius in medio visebatur Medusae caput, horridum anguibus. Diis vulgo tribuitur, maxime Jovi, & Palladi.

*Rabiem parat.* Concipit bellicum furorem.

*Veneris praesidio.* Ortâ inter Deas Junonem, Palladem, & Venerem controversiâ de praesentia formæ, Paris adhuc inter pastores degens, iudex ad-

hibitus, causam Veneri adju-  
dicavit. Hinc odium Junonis, & Palladis in Trojam, & Veneris favor erga eisdem.

*Ferox.* Audax, audens.

*Divides.* Aliud carmen uni feminæ, aliud canes alteri: vel carmina, percussis aliis, atque aliis cythara nervis, modulaberis: vel, nunc voce, nunc lyra canes.

*Thalamo, &c.* Frustra continebis te in cubiculo tuo, & thalamo, ut fugias, & vites hastas hostium, & jacula.

*Calami.* Arundinis, sagittæ.  
*Gnosii.* Cretensis. Gnosus est urbs in Creta insula: erant autem Cretenses periti jaculandi.

*Strepitum.* Belli tumultum.  
*Sequi.* In te persequendo.

*Ajacem.* Duplex Ajax fuit, alter à Patre Telamone, dictus Telamonius, qui cum Achillis à Paride cess. arma peteret, victus est Ulyssis eloquentiâ, & in

Non Laertiaden, exitium tua  
Gentis, non Pylum Nestora respicis?  
Urgent imparidi te Salaminius

Teucer, te Sthenelus sciens  
Pugna, sive opus est imperitare equis  
Non auriga piger. Merionem quoque  
Nescies: ecce furis te reperire atrox

Tydides, melior patres,  
Quem tu, cervus uti vallis in altera  
Visum parte lupum graminis immemor,  
Sublimi fugies mollis anheliu,  
Non hoc pollicitus tua.

*Iracunda diem proferet Ilio,*

in furorē, actus, gladio se confodit. Lege Ov. 13. Met. Alter Ajax, ab Oileo Patre, Oileus cognominatus est. Ejus criminata, & necem vide l. 5. Od. 9.  
*Collines.* Fœdabis; interemptus seriùs quàm deceret ad Trojæ utilitatem, in terrâ volutaberis. Adulteros crines vocat, nempe comptos, cultosque studiosos, ut parum casti solent: vel, tuos adulteri. Paris à Pyrrho Achillis filio interfestus est.

*Laertiaden.* Ulysses, Laertæ filium, qui ad expugnandam Trojam momenti plurimum attulit suis consiliis, & dolis; ut Nestor sapientiâ.

*Pylum.* Oriundum ex Pylo urbe Peloponnesi.

*Salaminius.* Oriundus è Salamine, insula, & urbe propè A-

thenas, de qua plura vid. Od. 6.  
*Sthenelus.* Dux unus Graecorū, Diomed. socius, vir fortissim.  
*Sciens pugna, &c.* Pugnabat Graeci vulgo è curribus, alter in curru stans, alter equos fectens, ac regens: utruq; Sthenelo egregiè fieri Nereus dicit, sive pugnandum è curru sit, sive equis imperitandum.

*Merionem.* Vide Oden 5.  
*Furis, &c.* Ardet, vehementer cupit te reperire, ac tecum pugnare.

*Tydides, &c.* Diomedes, Tydeo patre fortior. Supra Od. 5.  
*Immemor.* Omittens gramen, lupum fugit.

*Sublimi, &c.* Anheliura ex alto pectore vix trahens, præ metu, & identidem caput, ut fit, attollens.

*Tua.* Hecleæ, cui te foretin,



Matronisque Phrygum, classis Achillei.

Post certas hiemes vret Achaicus

Ignis Iliacas domos,

& impavidum jactaveras.

*Iracunda, &c.* Achillis classis, quae ob iram sui ducis ab Agamemnone dissidentis, recusabit pugnare contra Trojanos, in causa erit cur in plures annos Ilii ruina, & Iliadum differatur. Achillei autem est genitivus, ab Achilleus, Achillei: hic trium syllabarum; aliam duarum est. Achilli Briseidem eripuerat Agamemnon: hinc

O D E

Achillis ira, & otium a bello.

Cum tamen amicum suum Patroclum ab Hectore interemptum vidisset, ad bellum se revulit, Hectorem occidit, quo caeso, capta, & incensa fuit Troja. Ipse quomodo perierit leges in Ode 5. lib. 4.

*Post certas, &c.* Post certum annorum numerum.

*Achaicus, Graecus, & Graecis inimicus.* Achaia pars est Graeciae.

XIV.

Tyndaridem, quam satyricis quibusdam versibus offe-

derat, placare conatur; causam irae, quam fuerat abreptus, tribuens,

*Matre pulchra filia pulchrior,*

*Quem criminosis cumque voles modum*

*Pones Iambi; sive flammam,*

*Sive mari libet Adriana.*

*vide ode octava*

*Quem, &c.* Abolebis, quamque voles poenam, scriptos in te jambos; eos tolles e medio quocumque modo libuerit: statues de illis, ut libebit. Quem criminosis cumque, pro quemcumque criminosis. *Criminosis, Maledicis.*

*Modum pones. Finem, exitum.*

*Libet, &c.* Subaudi, eos punire, & mulctare: seu in ignem, seu in aquam libet conjicere. De *Adriano mari, vide Oden 3.*

*Non, &c.* Excusat se, quia eam latus iracundiam scripsit istos versus; offensus forte ab ipsa Tyndaride. Sententia est: non ita suos sacerdotes Cybele, Apollo, Bacchus, agitant, ut iracundia homines quatit.

*Dyndimene.* Cybelae; sic dicta a Dindymo, Phrygiae monte, ubi colebatur a Coribantibus, qui aera, sive areas pelles, ac lebetes, aenea tympana, pulsabant, rotabantque cor-

pus

Non Dindymene, non adytis quomit

Mentem sacerdotum incola Pythius,

Non Liber aequè; non acuta

Sic geminans Corybantes aera,

Tristes ut ira: quas neque Noricus

Deterret ensis, nec mare naufragum,

Nec saevus ignis, nec tremendo

Jupiter ipse ruens tumultu.

Fertur Prometheus addere principi

Limo coactus, particulam undique

pus furentium instar.

*Adytis.* In adytis: adyta sunt templi penetralia, quod prophetais hominibus adire non licet. Intelligitur templum Delphicum, quod incolebat, & ubi reddebat oracula Apollo, Pythius dictus, a serpente Pythone quem interemerat: hinc Apollo dicitur hic *Incola Pythius.*

*Quarit.* In furorem agit.

*Liber.* Bacchus.

*Equè.* Similiter, tanto furore.

*Geminans.* Ictu repetito quatit. Corybantes porro erant Sacerdotes Cybeles, quae Jovem recens natum, ut Saturno filios devoranti subduceret, alendum iis in Creta insula tradidit. Ne vero Saturnus vagientem audire Jovem posset, pulsabant aera, &c.

*Noricus.* Noricum regio est Germaniae, ubi nunc ferè Bavaria; in ea regione procedebantur caeses optimi, ob pra-

stantis ferri venas uberes.

*Deterret.* Exterret; sistit, ac retinet. Iratum hominem non retardat metus periculi, & mortis.

*Tumultu.* Quem tonitru excitat.

*Fertur, &c.* Dicitur Prometheus, cum homines e limo fingeret, coactus fuisse addere ad lutum illud princeps, sive primigenium, unde illorum corpora compegerat, particulam ab omnibus animalibus defectam, & decisam, & a Leone sumpsisse vim, hoc est, iracundiam, & rabiem, eamque in hominis stomacho posuisse.

*Coactus.* Quia doctes omnes naturae in fingendis animalibus consumperat: itaque coactus est ab iisdem animalibus aliquid veluti refecare, quod homini tribuere.

*Principi limo.* Vel nobiliori, vel meliori, & exquisitiori.

pus



Descendam, & insani leonis  
Vim stomacho apposuisse nostro.

Ira Thyesten exitio gravi  
Seruere, & altis urbibus ultima  
Steterit causa, cur perirent  
Funditus, imprimeretque muris  
Hostile aratrum exercitus insolens  
Compesce mentem: me quoque pectoris  
Tentavit in dulci iuventa

Feruar, & in celeres Iambos  
Mistit furentem. Nunc ego mitibus  
Mutare quero tristia; dum mihi  
Fias recantatis amica  
Opprobriis, animumque reddas.

In sani. Furiosi, præter modum iracundi.

Ira Thyesten, &c. Gravi exitio percussit Thyesten ira fratris ipsius Atrei: dolens enim Atreus à Thyeste oblatum uxori suæ stuprum, ipsius filium coctum patri epulandum apposuit, &c.

Et altis, &c. Eisdem iracundia fuit causa postrema, & gravissima, cur celeberrimæ urbes penitus everterentur, & victor miles, ac insolens aratrum duci, & sulcos imprimi juberet, in eo loco ubi mœnia illarum steterant. Ira everse sunt Troja, Numantia, Carthago, &c. Ideo autem urbis everse solum jubebat arari, ut intelligeretur, ibi non amplius fore urbem, sed agrum, ut spes omnium restituendæ urbis tolleretur.

Compesce, &c. Iram mitiga. Me quoque, &c. Astus iracundia, me, utpote juvenem, impulit, &c.

Mistit, &c. Sussit mihi ut jambos scriberem. Celeres vocat, quia jambus ex brevi, & longa constat, atque adeo celeriter pronunciatur.

Mutare. Loco tristium versuum, & maledicorum, placidos, & mitis cupio scribere, & retractare probra, quæ in te dixi.

Recantatis. Retractatis, revocatis. Recitare interdum est, eadē canere iterum; interdum, ut hoc in loco, contraria cātare, & prius dicta condemnare.

Amica. Benevola, placata. Animum reddas. Bono me animo esse jubeas; mœrorem meum detergas.

ODE

## O D E XV.

Tyndaridem inviat in suam villam, in Lucretillamonte sitam.

Velox amaranum sape Lucretilem  
Murat Lycæo Faunus, & igneam  
Defendit asiaticam capellis  
Usque meis, pluviosque ventos.

Impune tutum per nemus arbutos  
Quarunt latentes, & thyma devia  
Olenis uxores mariti,  
Nec virides metuant colubros;

Nec Martiales hadulei lupos;  
Utrumque dulci, Tyndaridæ, fssilla

Velox, &c. Faunus sape, re-  
lictō monte Arcadiæ Lycæo, olidum animal, & fortens.

venit in Lucretilem, Sabiuorum in Italia montem. Uxores. Capellæ.

Faunus. Idem ac Pan, Satyrorum, ac Deorum rusticorum princeps: velox dicitur, quia caprinos habebat pedes; cursuque, ac saltu delectari ferebantur Fauni, ac Satyri.

Defendit. Arcet, prohibet, ne ætas immodico astu meas capellas vexet.

Usque. Semper. impune. Sine luporum, aut rei alterius noxiæ metu.

Arbutos. Est arbutus quædam arbor humilior.

Devia. Huc illuc temerè vagantes.

Olenis mariti. Capri, qui vir gregis à Virgilio vocatur, estque

Videris ode  
Stava qui  
dicitur.

Utrumque. Quotiescūq; ubique  
cumque. Fiss



Q. HORATII FLACCI

Valles, & Ustica cubantis

Lavia personuere saxa.

Dii metuentur: Diis pietas mea,

Et Musa cordi est: hinc tibi copia

Manabit ad plenum benigno

Ruris honorum opulenta cornu.

Hic in reducta valle canicula

Vitabis astus; & fide Teia

Dices laborantes in uno

Penelopen, vitreamque Circen.

Vistula. Fauni.

Ustica. Mons, seu collis fuit,

Lucretili vicinus: cubans dicitur, hoc est, leniter declivis, & ferè jacens. Altissimi enim montes videntur stare; humiles, & demissi jacere.

Lavia. Polita, atque adeò ad vocem fistulæ geminandam idonea.

Dii metuentur. Atque adeò nihil timebis domi meæ.

Hinc, &c. Ex hac mea villa fuet tibi ad plenum, id est, ad satietatem, copia, & abundantia omnium frugum, & fructuum (qui sunt honores opulenti rursus, & ornamenta) veluti ex uberrimo Amaltheæ cornu.

Cornu. Fabulis proditum est, Jovem à Nymphis nutritum esse lacte cujusdam capræ, Amaltheæ nuncupatæ. Eas ut remuneraretur Jupiter, edixit ut ex illius capræ cornu rescerent omnes fruges, & fructus

in perpetuum manarent. Hinc cornu copiarum vocatum est.

Reducta. Separatâ tantisper à reliqua villa, secretiori, & solitaria.

Canicula. Canicula, seu canis minor est sidus, quo oriente, graviores ætus sæviunt: appellatur etiam Sirius.

Fide, &c. Fides aliquando significat citharæ chordam, & nervus; estq; tunc declinationis tertiæ. Teia, id est Anacreonticâ: cōpones versus, quales, scripsit Anacreon, Poëta Græcus venustissimus, oriundus Teos urbe Joniæ.

Laborantes in uno. Viri unus, nempe Ulyssis, amore implicatas, Circen, quæ illum retinere frustra conata est, & Penelopen ejusdem uxorem, castita tis famâ notam.

Vitream. Dolosam, & instar vitri fragilem; virum enim veneno peremerat.

ODARVM LIB. I.

Hic innocenti pocula Lesbii

Duces sub umbra: nec Semeleus

Cum Marte confundet Thyoneus

Prælia; nec metues protervos.

Circen. Veneticâ famolam, quæ Ulysses tēpestate jactatū excepit in Italia, ejusq; socios in porcos transformavit. Virg. l. 7. Homer. l. 10. Odyss.

Innocenti. Vini è Lesbo, infula Agæi maris, advecti, quod sine periculo ebrietatis largius potatur.

Duces. Hauries, ex amphora educes.

Nec Semeleus, &c. Bacchus

Alcæi Pentametri Choriambici. ODE XVI.

Vino utilius nihil: moderatè tamen eo utendum.

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arbore

Circâ mite solum Tiburis, & mania Cætili.

Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque

Vare. Quintilius Varus Horatii amicus fuit; is fortè, qui cum suis legionibus in Germania cæsus est, aut aliquis Poëta ejusdem nominis.

Sacra. Baccho consecratâ: vel sacram vitem vocat, id est, egregiam, divinam.

Prius severis. Potius plantaveris: noli ardorem aliam potius plantare, & serere, quam vitem.

Mania Cætili. Hoc est circa

vocatur Semeleus: quia ejus mater fuit Semele; Thyoneus, quia ipse furorem ebrietate provocat, Græca enim ea vox est Thyoneus, & significat furentem, ac præcipitem. Sententia est: non Mars cum Bacco prælia committet; non venietur à poculis, & ebrietate, ad arma, & vulnera.

Protervos. Viros paritum modestos, & continentis.

Nonocolo.

Vino utilius nihil: moderatè tamen eo utendum.

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arbore

Circâ mite solum Tiburis, & mania Cætili.

Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque

Tibur. Catilus enim, Amphiarai Thebani filius, hanc Italiæ urbem fundavit, cum fratribus Tiburno, vel Tibure, & Corace: Tiburnus natu maximus nomen urbi dedit: in ea Varus habitabat, aut villam habebat nō procul.

Siccis. Qui vino non utuntur, abstemiis. Sententia est: Superi voluerunt, ut omnia succederent infeliciter hominibus Siccis.